



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Præfatio Libri sequentis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Ille autem, & si horrore, & fœtore pariter propelli potuisset, tamen dum luctantem & laborantem, ipsiq; horridi humerum iam aptantem videt, vicit semetipsum, & clausis naribus, auersoq; vultu dorsum inuitè subiecit sarcinæ, & cum Episcopo cõmunicato labore ad cœmeteriũ cadauer fœtidum deportant cantante ac stente sacerdote, Heu me domine. Videns ergo, quia tempus eum non monet, omnes apothecas suas aperuit, panes præparat, alit egentes, & ecce quasi ad vniuersales ordines nundinarum de tota provincia famelicorum turbæ concurrunt, de monasteriis virorum ac fœminarum præpositi ac dispensatores, omnesq; quos annorum egestas premebat, ad promptuaria Episcopi currebant, sperata subsidia sine mora inuenientes. Cumq; messis appropinquaret, & maturæ segetes vbique locorum falcem postularent, multa millia falcium pauperibus, quos toto anno aluerat, præparata distribui fecit, atq; refectionis omnibus, in festiuitate sancti IACOBI: *Ecce, inquit pater optimus, filioli mei; terra coram vobis est, finita est dierũ malitia. Et accipiens singulas falces singulos addidit denarios, vnicuiq; denarium & falcem, instrumentum operis & viaticum, sicq; valefecit eis, & bonitate & gaudio eos dimisit. Iis modis id officium ei fuit omnibus annis inopia ac sterilitatis. His aliisq; operibus misericordiæ, maximam sibi fiduciam apud Deum altissimum conquirebat, & temporalibus expensis in cœlis sibi thesaurifans, disperfit de dit pauperibus, vt iustitia eius maneat in sæculum sæculi.*

Psalm. 112.

P R Æ F A T I O L I B R I
sequentis.



AM tempus est, vt in memoriam æternam beati Ottonis Pontificis peregrinationem, & laborem eius stilo fideli prosequamur, qualiter

ter Apostolica autoritate beati HONORII Papę POMMERA-
 NICę genti Apostolus destinatus, prædicauerit, baptizauit, & ministerium suum fideliter adimplendo opus Euan-
 gelistę fecerit, in quo reuera simile illud fecit dominus ^{2. Tim. 4:}
 glorię sanctorum, quam magnificę adeptus est in conuer-
 satione gentis illius, in cuius pœnitentiam diuinitus est di-
 rectus. Magna quidem sunt merita ipsius, quę secundum
 dilectionem proximi in operibus bonis, & eleemosynis,
 membris Christi exhibuit, magnę & indeficientes misera-
 tiones eius, quas fecit in domo Dei sui, & in cęremonijs ei-
 us; sed oleum diuinę charitatis in ipso abunde effusum
 virtutibus eius supereminet vniuersis. Venit enim non
 solū reducere oues perditas, & conuertere ad pastore & E-
 piscopū animarum suarum, sed etiam animam suā ponere
 pro testamento Dei ardentissimo desiderio amplectens
 contumelias, plagas, & persecutiones expectans, etiam
 vincula & carceres, & ipsam mortem pro nomine domini
 Iesu fœlici constantia relictis omnibus sustinere. Credim⁹
 repositam ergo illi coronam iusticię in illum diem regene-
 rationis, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę
 quando veniens in exultatione cum Apostolis, doctoribus
 & Euangelistis, tamquam fidelis operator dominicę mes-
 sis, plures adducet manipulos à principe pastorum perce-
 pturus duplicem stolam iocunditatis & immarcessibilem
 glorię coronam. Nunc ergo quibus de causis, quibus au-
 ctoribus, quo ordine & tempore conuersionem Pomme-
 ranicę gentis sit aggressus exequamur, de situ &
 qualitate ipsius terrę, de reditu
 gentis pauca præmit-
 tentes.

§

Zz 3

DE